

## Dissertatio prima.

„ tant & imperia, & victorias, & opes, & even-  
„ tus prospéros rerum : Denique ipsorum nutu-  
„ sè rempublicam periculis imminentibus libe-  
„ ratam, quæ pericula & responsis denuntiave-  
„ runt, & sacrificiis placati averterunt. Sed omnia  
„ ista fallacia sunt ; nam cùm dispositions Dei  
„ præsentiant, quippe qui Ministri ejus fuerunt,  
„ interponunt se in his rebus, ut quæcumque à  
„ Deo vel facta sunt, vel fiunt, ipsi potissimum  
„ facere, aut fuisse videantur ; & quoties alicui,  
„ populo, vel urbi secundum Dei statum boni  
„ quid impendet, illi se id facturos vel prodigiis,  
„ vel somniis, vel oraculis pollicentur, si sibi  
„ templa, si honores, si sacrificia tribuantur. Qui  
„ bus datis, cùm illud acciderit, quod necesse est  
„ summam sibi pariunt venerationem. Hinc tem-  
„ pla devoventur, & novæ imagines consecra-  
„ tur, maectantur greges hostiarum, &c. „

*Ad tertium* nego Alcoranum à Deo prodisse,  
& veris miraculis consignatum. Tametsi enim  
quædam pia in eo legantur, duo certa sunt apud  
omnes. Primumquidem ea Mahometum à Judaïca  
& Christiana revelatione suffuratum esse. Secun-  
dum, eadē partim fabulis, partim etiam pudif-  
fimis erroribus commaculaſe. Et verò infusla in  
Alcorano suo collegit Rabinorum fabulas, tum  
Sabellianorum, Manichæorum, Arianorum, alio-  
rumque hujus furfuris Hæreticorum nœvos. Quod  
autem corruperit revelationem Judaïcam &  
Christianam, liquido constat ex multis. 1º. Docet  
Abrahamum Templum Mechæ erexit, ibique  
cultum Dei juxta Alcoranum instituisse. 2º. Is-  
maëlem adæquat Isaaco, & quasi præfert, & sic  
exuffiat Abrahe facta promissione in Isaac.  
3º. Ut de novi Testamenti revelatione loquamur,  
Mariam, quæ Christum peperit, eamdem facit cum  
Maria Moïsis forore. 4º. Christi divinitatem in-  
frunto ore negat, eumque non fuisse crucifixum,  
sed alium in ejus locum suffectum esse fabulatur.  
5º. Demum legem totam carnalem & multiplici  
uxorum apparatu ad nutum cuiuslibet prædicat,  
nec alium promittit. Seclatoribus præter paradisum  
obcenis voluntatibus exæstuantem & plen-  
num. Neque verò aliud pro jure & iustitia habet,  
quam vim armorum quibus per fas & nefas sui  
omnem orbem terrarum suo possint adscire impre-  
rio, cùm è contra religio Christi tota humiliſh, to-  
ta immaculata, tota sancta ; hinc & sola revelata.

*Obstrepunt iterum* : Illæ Scripturæ non sunt in-  
piratae, si libri in quibus continentur, non possint  
dici sacri : Atqui huiusmodi libri non sunt sacri :  
Et probatur. Sunt tantum compilationes fragmento-  
rum quæ hinc inde absque delectu ab Esdra collecta,  
disturbato ordine, nullaque habitâ ratio-  
ne temporum, in diversa volumina digesta &  
compacta sunt, ut videre est in libris Prophetarum,  
maximè in Jeremias. Ergo &c.

*Respondeo* 1º. Vaticinia Prophetarum, quæ pri-  
mi Christiani habebant, & ad nostra usque tem-  
pora pervenerunt, tanti fuisse ponderis, ut Justi-  
nus & alii multi Philosophi et in Christo adim-  
pleta animadverentes, velut inspirata credide-  
rint, & eorum lectione fidem Christi amplexi sint,  
quam quidem & proprio consignare sanguine non  
dubitarent. Ea ipsa laudavit Christus adversus Ju-  
dæos obstrepentes : Ea S. Paulus contra eosdem,  
neque tamen conquesti sunt non esse genuina, ve-  
rè potius ut veros Prophetarum factus ita habe-  
bant, ut multi etiam ex Sacerdotibus obedirent  
fidei, ut legitur Act. 2. 3. Eadem sancti Patres,

nedum adversus Judæos, sed & contra Ethnico  
ad fidem defendendam laudabant. Non abs re erit  
quorundam verba hic texere.

*Christus* Dominus Luc. 24. occurrens duobus  
discipulis in castellum Emmaüs euntibus, eorum  
increpavit incredulitatem in quam propter passionis  
scandalum non nihil prolapsi fuerant. *O stulti !*  
inquit eis, & tardi corde ad credendum in omnibus  
que locuti sunt Prophetæ. *Nonne haec oportuit*  
*pari Christum, & ita intrare in gloriam suam ?* Et  
incipiens a Moïse & omnibus Prophetis interpreta-  
batur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant.  
S. Paulus Act. 26. causam suam defendens & per-  
orsus coram Rege Agrippa & Festo Syria Präsi-  
de eos sic allocutus est : *Auxilio autem adjutus*  
*Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans mino-*  
*ri, atque majori, nihil extra dicens, quam ea quæ*  
*Prophetæ locuti sunt, futura esse, & Moïses : Si*  
*pannis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum,*  
*lumen annuntiatum est populo & Gentibus.*

*Jam* ad sanctos Patres veniamus. Athenagoras  
in legatione pro Christianis ait : *Eorum quæ*  
„ novimus, & credimus habemus Prophetas te-  
„ tes . . . voces Prophetarum confirmant nostras  
„ rationes. „ Origenes lib. 2. contra Celsum est-  
ejusdem labii, ibi enim vocat validissimam de-  
monstrationem eam quæ ex prophetis deducitur.  
S. Cyprianus lib. adversus Judæos in Prefatione  
ad Quirinum dicit : *Prædictiones Prophetarum*  
„ valere ad prima fidei linea mentem formanda. „  
Quid plura ? S. Augustinus tract. 35. in Joan.  
sic loquitur : *Quid est Christus, dicit Paga-*  
„ nus ? Cui respondemus : quem prænuntiave-  
„ runt Prophetæ. „

*Respondeo* 2º. ad argumentum negando mino-  
rem : Ad probationem , distinguo ; Libri sacri  
sunt collecti ab Esdra Propheta, & Ecclesia sancto  
Spiritū afflata judicavit quinam recipiendi, qui-  
nam verò abjecisti sint, concedo : sicut autem  
Propheta, sic & Ecclesia in re tanti momenti er-  
rare non possunt : Et adulterini pro genibus sus-  
cepti sunt, nego. Hoc fusori calamo agendo de  
quolibet libro in particulari explicabimus : Porro  
non una ratio probat Prophetarum libros esse inspi-  
ratos. 1º. Hoc evincit contentio veteris Testa-  
menti cum novo : 2º. Hoc quoque quid Judæi  
Christianos laudentes Prophetas pro Christo, li-  
bros deflorasse nusquam insimulaverint. Jam verò  
si non adsit semper in historiis texendis ordo tem-  
porum, nulli mirum videri debet, cùm Jeremias  
v. g. in angustia temporum, necessitate compelle-  
nata, iterata vice suas Baruch, dictaverit prophete-  
tias, & ex alia parte Libri sacri in variis Judæo-  
rum captivitatibus, varia quoque passi sint nau-  
fragia. 3º. Demum diversus materialium ordo ne  
minimum quidem negotium facescit pro authen-  
ticate sacrorum, maximè in prophetis enarrandis :  
quoniam potius illam atrauit, cùm Prophetis Dei affla-  
ti motis soleme sit modò unum de aliquo ora-  
culum, modò alterum de alio momento proferre :  
Scriptum est enim Ezech. 1. *Ubi erat impetus spi-*  
*ratus, illuc gradiebantur.*

*Dices* : Prophetarum libri non urgent Ethni-  
cos, cùm suscep̄tos & male fidei habeant Judæos :  
Ergo &c.

*Responder* S. Augustinus lib. 13. contra Faustum : *Dicere non esse aptam Gentibus He-*  
„ bræam Prophetiam, cùm videamus omnes Gen-  
„ tes per Hebræam Prophetiam credere in Chris-  
„ tum, ridicula insanía est. „

*Aliq.*